PIUS PP. IX.

Dilecte Fili Salutem et Aplicam Benedictionem. Virtutum ornamenta quibus commendaris, perspectumque tuum erga Beatissimi Petri Cathedram et humilitatis Nostrae personam obsequium Nobis suadent ut honoris titulo te exornemus qui tuis meritis praemio sit, Nostraeque in te propensae voluntatis testimonio. Te igitur praecipuo honore decorare volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis et poenis quovis modo vel quavis de causa latis si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, auctoritate Nostra Aplica harum Litterarum vi te equitem Ordinis S. Gregorii Magni classis civilis eligimus et constituimus, teque in ornatissimum ejusdem Ordinis equitum coetum et numerum cooptamus. Proinde tibi dilecte fili concedimus, ut vestem equitum hujus ordinis et classis propriam induere et proprium item insigne nempe Crucem auream octangulam rubra superficie imaginem S. Gregorii Magni in medio referentem ad pectus taenia serica rubra ad utramque oram flava ex communi equitum more in parte vestis sinistra gestare libere et licite possis et valeas. Ne quod vero discrimen tam in veste quam in Cruce gestandis contingat appositum schema tibi tradi mandamus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Februarii M D C C C L X V I I. Pontificatus Nostri Anno Vigesimoprimo

N. Card. Paracciani Clarelli

Dilecto Filio Antonio Ledóchowski
Polono

15 kr.
FÜNFZEHN KREUZER

K.K.
BEZIRKSAMT
IN
HRADISCH.

Segr.ia di Stato
43739